Caesar, de bello Gallico, I,14 | **Raum für Notizen**

1 His Caesar ita respondit:
2 *Eo sibi minus dubitationis dari,*
3 *quod eas res,*
4 *quas legati Helvetii commemorassent,*
5 *memoria teneret,*
6 *atque eo gravius ferre,*
7 *quo minus merito populi Romani accidissent.*
8 *Qui si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset,*
9 *non fuisse difficile cavere;*
10 *sed eo deceptum (esse),*
11 *quod*
12 *neque commissum a se (esse)*
13 *intellegeret,*
14 *quare timeret,*
15 *neque sine causa timendum (esse)*
16 *putaret.*
17 *Quodsi veteris contumeliae oblivisci vellet,*
18 *num etiam recentium iniuriarum,*
19 *quod*
20 *eo invito*
21 *iter per provinciam per vim temptassent,*
22 *quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent,*
23 *memoriam deponere posse?*
24 *Quod sua victoria tam insolenter gloriarentur*
25 *quodque*
26 *tam diu se impune iniurias tulisse*
27 *admirarentur,*
28 *eodem pertinere.*

Caesar, de bello Gallico, I,14 (Fortsetzung) **Raum für Notizen**

1 Consuesse enim deos immortales,
2 quo gravius homines ex commutatione rerum doleant,
3 quos pro scelere eorum ulcisci velint,
4 his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere.
5 Cum ea ita sint,
6 tamen,
7 si obsides ab iis sibi dentur,
8 uti
9 ea,
10 quae polliceantur,
11 facturos (esse)
12 intellegat,
13 et si Haeduis de iniuriis,
14 quas ipsis sociisque eorum intulerint,
15 item si Allobrogibus satisfaciant,
16 sese cum iis pacem esse facturum.
17 Divico respondit:
18 Ita Helvetios a maioribus suis institutos esse,
19 uti obsides accipere, non dare consuerint;
20 eius rei populum Romanum esse testem.
21 Hoc responso dato
22 discessit.

INDIREKTE REDE: **1. Alle Aussagesätze (auch Scheinfragen) stehen im A.c.I. (= abhängige Aussagesätze)**

2. Alle Nebensätze stehen im Konjunktiv

3. Hauptsätze mit Konjunktiv sind Wunschsätze (Übersetzung mit „sollen“!)